

^{habeat}
iussimodi locacionibus observari, viris idoneis et sufficien-
tibus ac plus exinde offerentibus pro anno presentis duodecime in-
dictionis iuxta usum et consuetudinem solane ad extatum pro
utilitate curie concedatis, ut eadem curia, dum certis possit igniti,
ad incerta minime vagare contingat.

[2.] in quibus redditibus proventus et iuribus procurandis
augmentandis ac de bono in melius promovendis devotionis
et sollicitudinis vestre studium totaliter apponatis, quod regie
curie speratum inde commodum consequatur, vosque per ef-
fectum operis proinde non immerito commendamus.

[3.] ^{quod} si forte aliqua ex iuribus redditibus et proventi-
bus ipsis per vos ad extatum comode locari non possent,
volumus et mandamus, ut viris idoneis et sufficientibus
ea committatis pro parte curie procuranda, curia regia de
ipsorum insufficientia vobis totaliter inherente.

[4.] et circa diligentem procuracionem ipsorum sic cum
diligentia intendatis ac intendi faciatis per eos, quos ad
hoc dixeritis statuendos, ut de iuribus proventus et red-
ditibus ipsis predicta curia non possit in aliquo circumveniri

[5.] cum emptoribus autem et ^{iacita} ~~locat~~oribus predictarum
cabellarum iurisdictionis vestre pacta de minoris quantitates
augmento, quantum per vos bono modo fieri poterit, pro
parte dicte curie faciatis, que, dum modo de ritu solane
non discrepent, eis volumus infallibiliter observari. nos enim
super hoc iuramento et fidei vestre totaliter inheremus.

[6.] volumus preterea et mandamus, ut terras et loca